

- ORATIONES XIX.
- I. Oratio Teuberi in promotione Doctorum.
 - II. Proserii de Vita Ciliippi.
 - III. Chytrai de origine Jurisprudencie.
 - IV. Proserii De disciplina Nova et Veteri tam domestica q̄ reclusa.
 - V. Johannis Fasciarii. 1. De observando Christi die. 2. De morte arcana. 3. De mysterio trium Patriarcharum.
 - VI. Oratio quædam de certo genere vite hominum nobili deligendo.
 - VII. Hæwenreuteri de Arte Medica.
 - VIII. Gwini de Vita.
 - IX. Oratio de studio Græcæ lingue vsu in Vita M. Bergii.
 - X. Chytrai de Chirurgia.
 - XI. De Vita et Obitu Nicolai Leutingeri.
 - XII. De Vita et Obitu Annae Electorissæ Saxonie.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

D. 30,

XII
ORATIO
DE VITA ET

OBITU ILLVSTRISSIMÆ,
ET SERENISSIMÆ DOMINÆ,
ANNÆ, NATÆ REGINÆ DANIÆ, Potenti-
tissimi Principis AVGVSTI Ducis Saxonie Ele-
ctoris &c. Burggrauij Magdeburgici &c. CON-
IUGIS, quæ obiit Anno Christi
M. D. LXXXV. Ca-
lend. Octob.

NICOLAŌ LEVTINGERŌ
Auctore.



Psalmo XC.

*Doce nos Domine, vt sciamus numerum dierum no-
strorum, & ambulemus corde sapienti.*

Psal. IIIII.

*In pace simul cubo & dormio, Quoniam tu Domi-
ne solus in spe constituisti me.*

VVITTEBERGÆ 12.

Excudebat Matthæus VVelack.

ANNO M. D. LXXXVI.

DE AVGVSTO PIO, PA-
TRE PATRIAE, DVCE SAXO-
niæ Electore &c. assertore & conseruatore
Religionis Lutheranae & stu-
diorum &c.

DVm gaudent alij procères rapiente veredo,
Immanes vietus cuspide figit apros.
AVGVSTVS veterum diuina poemata vatum
Perlegit, & totus Dux pius esse studet.
Queritur in siluis illis, sed quanta, voluptas,
Et siccare meri pocula plena placet.
In verbo Domini meditari summa voluptas
AVGVSTI, studijs & vigilare sacris.
Hinc octo quamuis essent iam lustra peracta,
Non pudet Ausonias extoluisse Deas.
Scilicet vt melius diuinis tradita scriptis
Nosset, & in regno posset habere modum.
Hinc quidquid Latia retulerunt voce Camænæ,
AVGVSTI pectus callet id omne Ducis.
Historias nouit, magnorum facta virorum,
Nec quæ sint prisco tempore scripta latent.
Sic legit AVGVSTVS, sic semper & ille legetur,
Hac omnes vellem viuere lege Duces.

Nicolaus Leutinger M:

ILLVSTRISSI-
MO ET INCLITO PRINCIPI,
Dn. CHRISTIANO AVGVSTI Electo-
ris F. Duci Saxonie, Marchioni Misnia, &
Landgrauio Turingie, Domino
suo clementiss. S.



VM Phryges de suo luctu
apud Tiberium Imp. qui
filium ante annum ami-
serat, per legatos magno
simulato dolore contestarentur, ni-
hil illis aliud, quàm se quoq; , quòd
Hectorem bello amiserint, dolere
respondit. Ingratum enim verè est,
quod fit alieno tempore. De meo
fortassis conatu idem iudicabunt
amiculi, qui me imitatum, & meo
quidem iudicio non immeritò, Lu-
douicum Sfortiam existimabunt,
cuius insignia Morum referebant.
Arbor hæc est sapientissima, quæ
A 2 tardè

P R A E F A T I O .

tardè & non prius germinat, quàm
hiemis iniuriam effugerit, & in om-
ni actione nequaquam properan-
dum docet. Et par mihi cum Lu-
douico fatum esse libenter agno-
sco, consilium neutri feliciter suc-
cessit. Ille enim dum principatum
& libertatem meditatur minus cau-
tus & sapiens vitam in carcere finiit,
ego vero dum capto occasiones
Charybdim fugitans incidi in Scyl-
lam. Tandem me colligens, quod
serò facerem, faciendum tamen pu-
taui, non solùm quia beneficia cu-
mulate accepta necessitatem mihi
imponebant, sed quia etiam tibi
princeps clementissime gratum fu-
turum non dubitabam. Cum enim
subinde matris desiderium te capi-
at, ut viuum hic illius quasi imagi-
nem

P R A E F A T I O.

nem haberes, ad quam respiceres,
 volui quidem efficere, si potuissem.
 Plus enim illustrium virtutum ani-
 miq; monumenta, quàm ipsa cor-
 poris, si inter homines esse desijt
 species, afficiunt: & nos quoq; iux-
 ta veterum præceptum *συνεχῶς ὑπο-*
μνήσκεις τινος τῶν ἀρετῆ καὶ μύθων, quotidie
 illius, vt quæ generosè laudabiliterq;
 vixerit & defuncta sit, petita ἀποδείξει
 ad imitandum recordaremur. No-
 tissimum enim est, quàm facilè ma-
 ximorum hominum merita sene-
 scant, nisi ad posteritatem literis
 transmittantur. Tibi itaq; Principi
 inclito, si probare studium meum
 possem, facilius amurulentiam illo-
 rum, qui in Gratias ipsas dira euo-
 munt quæq; contemnerem, (qui-
 bus tamen sciolis aliàs Vallam su-

A 3 um

P R A E F A T I O.

um libenter relinquo, qui alijs quidem elegantiarum praecepta tradidit, sed in historia de reb. in Sicilia & Hispania gestis minimè eius videri possunt,) & ad alia praeterea calcari mihi adderetur, quæ profutura omninò iudico.

Nec hic Appionem Grammaticum sequor, qui opinione inepta immortalè se facere, sibiq; gratiam debere, quib. sua dedicasset, iactitabat, quin potius ut ad nostra sereno vultu respicias, ea qua possumus subiectione peto. Utinam verò pro ingenioli mei tenuitate tantæ Reginae virtutes, non dicam illustrare, adumbrare saltem potuissem. Lineamenta corporis ducunt alij feliciùs, ut hominum obtutibus pateant, at habitudines animorum verè

rè

P R A E F A T I O.

rè exprimerè, vitamq̃ ipsam quasi
 ἐν παρόψει exhibere non est cuiusuis.
 Interim Buccinator instituti mei
 non fuero, vt Thoas iste Ætholius
 gloriabatur, Antiochum tantum
 auri aduehere, vt ipsos emere Ro-
 manos posset, qui tamen ipse ab
 alijs petere necesse habebat. Est
 enim iactantia ferè paupertatis co-
 mes. Itaque de καλλιογραφία hac mea
 polliceri multum non debeo, ne
 ipsi accidat, quod Phaetonti Oui-
 diano. — — — *cursum*

Què si nõ tenuit, magnis tamẽ excidit ausis.

Quin potius fateor ingenuè, non
 mihi eam contigisse facultatem, vt
 scriberem, quæ vellem, mearumq̃
 virium non esse Mercurium & Gra-
 tias, vt veterum more loquar, si-
 mul collocare. Scapham tamen

A 5 me

P R A E F A T I O.

me Scapham dicere memini, licet cum Cosmo Pactio aridior forsitan sum, quàm cothurnatum decet. Interim pati possum, vt me à tarantulis Apuliae, sic vulgo vocant, morsum, modò non impium, proclament: modò non hanc meam Creontis Halicarnassei de Lysandro orationem vocitent, quàm de nouandis rebus materias tractantem, propter grauitatem sermonis, ne alios ad idem studium excitaret, & Lysandrum malè meritum & sepultum refoderet, Ephorus inspiciens suppressit. Quale tamen fuerit quod offertur, quando quidem mollas falsas litant, qui thura non habent, clementiae generositatiq; tuae periclitandum dare volui, & quidē ea spe, te Principem heroicis virtutibus
incli-

P R A E F A T I O

inclitum munus hoc, quod virtutes
matris complures tractat, gratū ha-
biturum, Deumq; mihi tutelare fu-
turū. Et si non affectus sum, quod
pubi & priuata merita postulant,
sicut me quoq; singulari illi bene-
ficio astrictum cognosco, dum in
Principis Electoris AVGVSTI Domi-
ni mei benignissimi, vt illius mihi
peregrino in Brandenburgica diti-
one nato gratiam conciliaret, com-
plexum iret, alijsq; beneficijs in ludo
illustri Misena, & Academijs Lip-
seni & Vitebergensi clementissi-
mis afficeret) grauitati rerum poti-
us virtutisq; excellentiae, & luctuosis
temporibus, quam infelicitati inge-
nij mei attributurū. Profecto cum
auro & gemmis caretem, malo co-
toneo & Scypho aquae gratitudi-

A 5 nem

P R A E F A T I O

nem meam ostendere volui. De-
 functis enim non potest maior
 exhiberi honos, quàm vt honestè
 sepulcorum memoria grata con-
 seruetur. Et vtinam adhuc in vi-
 uis apud nos esset, & in alio argu-
 mento potiùs pietatem meam ex-
 plicarem. Sed abiit vt voluit, & ve-
 rè viuit immortalis re & nomine.
 Tibi itaq; princeps illustrissime ra-
 ptus hic, qui acerbior tibi existit,
 quàm quisquam hodiè cogitat, iu-
 sto grauior esse non debet. Minimè
 quidem probandum, quod Scy-
 thæ Essedones de funeribus paren-
 tum, adeoq; corporibus ipsis peco-
 rum visceribus immistis hilariter
 conuiuuntur cum cognatis, aut
 quod hodiè fit ab illis, qui prædæ
 inhiant paternæ, dum diutius vi-
 uunt,

P R A E F A T I O.

uunt; quàm filiorum vota ferunt.
Qualis fuit Arnolphus Geldrius,
qui in consilio Flandriæ ad Caro-
lum Burgundum conqueritur, pa-
trem suum præfuisse per annos
quadraginta quatuor, æquum esse,
vt ad se quoq; principatus tandem
veniat, sed qui miserè à Tornacen-
sibus, in eo prælio, quod cum Gan-
dauensibus gestum est, fuit truci-
datus, & suæ impietatis pœnas luit:
Ab hac tu cogitatione, princeps op-
time, vt alienissimus es, talesq; dete-
staris plurimum, sicut in grauis-
simo hoc luctu ostendis, vita ipsa pa-
rentes tibi cariores esse. Est tamen
modus in rebus, & certi sunt fines.
Fertur Augustinum Didonis mor-
tem, quæ ne nuberet secundò seip-
sam confodit, nunquam sine lacri-
mis

P R A E F A T I O

mis apud Vergilium legisse, imò re-
ctè cum lacrimis, qui tantam re-
ginam gloria æterna priuatam non
nesciuit.

Nos vero Christiani, no-
stram potius, quàm piè defuncto-
rum conditionem flemus. Quos
hoc tuo exemplo excitas, vt nostris
post mortem eundem honorem
habeamus, & in amore illorum
consenscamus & commoriamur.
Quod ipsum matri nostræ, dùm in
vuis erat, clementissimæ omnino
facturi sumus, eoq̃ magis, dùm
nihil non timemus, in hac fatali-
ter imminente μεταβολῇ. Palladio
Troia ablato Ilium perit, quid
hoc Palladio, in quo verè Pallas
diuina seu Pele sapientiaq̃ habita-
uit, amisso non metuamus? Quod
restat,

P R A E F A T I O.

restat, cū eam ex morte reuocare ad nos non possimus, sicut Græci frustra suis defunctis parentibus acclamabant, ἀνάστα, φάγε, καὶ πίθι, καὶ εὐφραίνεσθε. Resurge, ede & bibe, & lætare, quod vnum relictum nobis, in εὐφροσύνῃ grata illius memoriam semper retinendo ad posteritatē merita illius certatim prædicabimus, & pro tua & tuorum Parentisque tui potentissimi A V G V S T I Electoris, &c. incolumitate & imperio fortunato ad D E V M, sicut olim Græci in S. R. vt vbi nunc imperium Saxonicum, ibi perpetuum sit, nos ipsos omniaque nostra celsitudini Tuæ paratissima cum omni subiectione debita exhibendo, precabimur. Vale princeps inclite.

Vite.

P R A E F A T I O.

Vitebergæ Anno salutis humanæ
M. D. LXXV. XIII. Cal. Decemb.
die Catharinæ, de qua superiorib.
seculis vulgo ex Prouerb. 31. pro-
clamatum fuit. Manū suam misit
in fortia, Manum suam aperuit ino-
pi, & palmas suas extendit ad pau-
perem, fortitudo & decor indu-
mentum eius, & ridebit in nouissi-
mo die &c.

Illustriss. celsitud. T.

Seruus.

Nicolaus

Leutinger.

ORATIO IN FVNERE

ILLVSTRISSIMÆ
PRINCIPIS SAXONIÆ

Electoriſſæ DOMINÆ ANNÆ

AVGVSTÆ &c.

Etsi dolore luctuq; gravif-
simo principis ANNÆ
AVGVSTÆ, potentissimi
Electoris Saxonie AVGVSTI
coniugis carissime obitu oppres-
sus, nulla mihi parte rectè constā-
re videar, ne dum vires in am-
plissimum tanti splendoris digni-
tatisq; virtutum & ornamento-
rum vel τῶν ἐπιπολαζδῶν campum
saltem exspatiandi, ad quem am-
plificandum excolendumq; allata
aliqua, si qua in me esset, ope,
agnosco me promptiorem, quàm
parem;

ORATIO

parem, sufficient, ut taceam, quã
omnia sint etiam cautissimo vel
in umbra extimescenda, venena-
torum animalium ad amanissi-
mi horti fragrantissimorumq; flo-
rum sepes, sibilis ictibusq; paratis,
Et quã denique nihil à me tale
in extrema ^{τῆς γαλακτικῆς δυνάμεως}, ut
aliarum quoq; rerum omnium
paupertate constituto expectan-
dum, in quo bonorum hominum
iudicia acquiescere, Et detrimen-
tum reipub. acceptum ob oculos
poni possit, tantusq; princeps isti
luctui levamine quodam addito,
aliqua ex parte eripiatur: in his
tamen omnibus periclitabor liben-
ter, modò planum fiat, me DEO,
Gra.

ORATIO:

Gratijs, & animo grato sibiq; bene-
 nè conscio, rei q; sic postulanti obse-
 cutum: Prætereo hic, quantum
 excellentium παραδείγματα virtu-
 tum exstare, expediat, quasi non
 sint τὰ περὶ ἀρετῆς ἀμίμητα, nouaq; &
 recentia plus in oculos incurruunt,
 afficiuntq;, & in amorem imita-
 tionemq; sui nos rapiunt, quàm
 alia αἰ ἐξηκονταίαι. Quàm verò necessa-
 rium sit, apud posteros etiam tali-
 um principum memoriam in
 pectoribus quasi in Archiuis con-
 seruari, ut hos quidem suos ma-
 neat honos, ceteri verò unde glo-
 ria ἀπόδειξιν petant, semper habe-
 ant, longum foret commemorare.
 Nec me à consuetudine veterum

B alic-

ORATIO.

alienum quid tentare arbitror, si-
 quidem & inter alios Nazian-
 Zenus auctor est suo tempore ora-
 tiones de ijs, qui è vivis excessse-
 rant, antequam in sepulcrum de-
 ponerentur, haberi solitas. Quan-
 tò igitur æquius est id tantis fieri
 numinibus, quæ ut Theophilactus
 sentit, in nos, si pia sunt, multa be-
 neficia conferunt, & per quæ post
 DEUM vita hæc nostra solum con-
 stat. Et quis est nisi sit caucasea
 rupe durior, qui ab uniuerso lu-
 ctu suum segreget, & non potius
 occasionem capiet suam præ reli-
 quis pietatem explicandi. Virtu-
 tes omnes cum multis querelis
 pallescere cernimus: lugere orbi-
 tatem

ORATIO.

tatem suam Ecclesiam, lugere
 Saxoniam, quia matrem amise-
 rint, in qua presidium ingens ha-
 bebant: Querula voce, menteq;
 curis oppressa se, quidquid est or-
 thodoxum conficere, & nescio
 quid vereri. Quo veritas oculos,
 aliam se, quam illa vicia formam
 faciemq; offerre, conspiciamus. Et
 quamuis post se reliquit, quibus
 respub. Christiana religioq; ca-
 rissima est, in quos rectè oculos no-
 stros conijcimus, spesq; nostras si-
 gimus, fieri tamen non potest,
 quin gravissimè feramus, id quod
 accidit. Cum igitur, Ecclesia, au-
 la, schola, templum cum Sellis & Ca-
 thedris publicum acerbissimumq;



ORATIO.

inærorē ostendant reiteratis que-
relis, qui vir etiam fortis se conti-
neat, ut consternati animi signifi-
cationem non edat. Scribuntur igitur
nania, cantantur lugubria, di-
cuntur plurima in laudem illius;
Ego quoque meum studium & qui-
dem extremum ad reliqua aggre-
gare volui, ne mihi idem, quod
Romana plebi Senatus, obiectare-
tur, ne aduenientem quidem me
gratiam benignè accipere, nedum
ut præterita satis memor sum.

Dicam itaque de principe
ANNA AVGVSTA, cuius tanta
sine controversia fuit pietas, id re-
ligionis sincera studium, casti-
tas, φιλοσοφία, liberalitas in Eccle-
siam,

ORATIO.

siam, studia & pauperes, ea οὐ
 λαυθωπία, & modestia, ut quam
 cum illa conferam hodiè vix
 inueniam, ne dum reperiam,
 & quam amiserimus iam tùm
 demùm intelligemus, cùm alia se
 tempora alijq; homines offerent,
 iusto interim, cuius agona nemo
 considerat, in cubiculo suo suavi-
 ter requiescente, nobis autem ma-
 la nostra serò deplorantibus. Re-
 censet Hieronymus ad Panma-
 chium, super tumbas suo tempore
 violas floresq; spargi solitos pur-
 pureos, dolorem pectoris sui te-
 stantes, & his se consolatos esse of-
 ficijs: Nos quoq; in hoc non pane-
 gyrico, sed parentali sermone dili-

B 3

genter

ORATIO.

genter collectis virtutum flosculis,
 quibus coronata erat, & in lau-
 dem & memoriam nostra Prin-
 cipis, illis interim odorem suum vi-
 nativi caloris exhalantibus suc-
 cumq; fragrantissimum exhiben-
 tibus ad sepulcrum decantatis, li-
 teris immortalitatiq; commen-
 datis idem facere conabimur, u-
 tinam verò ea eloquentia, quam
 Divus Paulus εὐλογιστάτηρ nomi-
 nat, itaq; me expedirem, ut mihi
 alijsq; præclare satisfactum intel-
 ligerem. Sin minus, & usu mihi
 veniat, quod olim Prætextato in
 Synodo Matisconensi, cuius ora-
 tiones cum recitarentur doctis &
 gravibus viris, quibusdam arri-
 debant,

O R A T I O.

debant, quibusdam non, quod ar-
tem non spirarent, patienter fe-
ram, dummodo pius in Domi-
nam fuerim. Precesserunt in eo-
dem me studio doctiores, & ma-
iore cum laude, quos ego vene-
ror amoq; & me longe illis in-
feriorem esse iudico, nec ingenio,
eloquentia vel auctoritate cum
illis conferendum, ideoq; longo in-
teruallo mea mihi conscius te-
nuitatis, has istorum querelis con-
iungendo, subsequor, manesq; & se-
pulcrum pura mente venerando,
tristia ominans multa benè pre-
cor uniuersæ reipub. Saxonicaq;
familia: illi verò dum Quintiani
Auernensis exemplo, qui matrem

B 4 à mor-

ORATIO.

à morte resuscitavit, hoc vel ali-
 ud officium prestare non quimus,
 felicitatem hanc ἐν τοῖς ἀγίοις cœle-
 stem seriò gratulamur. In quo
 fecimus, quod potuimus, quam-
 vis, ut & Hieronymus ad Theo-
 philum Alexandrinum queritur,
 eloquentiam tristem esse, si ad
 aegritudinem animi corporis quo-
 que aegrotatio accedat, haud ne-
 gemus. Sicut tamen in Senatu
 Attico non semper audiebatur
 Demosthenes, sed etiam alij ci-
 ves, qui licet non adeò splendide,
 verè tamen & utiliter quaedam
 dicebant: Ita saltem si ego quoq;
 gratiam favoremq; & benevo-
 lentiam experiri possim, affecu-
 tum

ORATIO.

tum me quod volebam ingenuè
faterer, memor suo loco in quid
Gratiarum templa medijs in fo-
ris condi solerent.

Cum igitur multum rese-
rat, ubi & à quibus sit quis na-
tus, pleriq; etiam hac in parte plu-
rimum laudis ponant, sicut ille
Atheniensem *αὐτόχτονα* ob sapien-
tia studium, morumq; elegantiam
& ingenij subtilitatem predicat:
alter Romanum virum propter
animi generositatem gravita-
temq; & rerum bellicarum usum
extollit: Tertius Lacedamonios
ἑκατομπολίτας propter disciplina ri-
gorem, iustitiam integritatemq;
& singularem fortitudinem, qui

B 5

sex-

O R A T I O.

sexcentos annos agrum suum ab
hostili incurfione tutati fuit, plu-
rimisq; alijs leges fuas impertue-
rint, ad caelum ufq; elevant. Alius
alios laudat, quibus gloriam pra-
clarè partam non inuidemus. Si
autem Genus Et proavos, Et
quæ non fecimus ipfi, ex quibus
illuſtriſſima Princeps Auguſta
nata eſt, conſideremus, antiqui-
tate generis, nobilitatis præſtan-
tia, ſapientia laude, rerumq; ge-
ſtarum gloria, regum nulli cedit.
Trahit enim ortum ex familia
comitum Oldenburgenſium, inde à
ſtirpe Vitekindi Saxonie Regis ul-
timi, quæ hodiè longè lateq; in Cym-
brica Cherſoneſo imperat Cymbris.
Quæ

ORATIO.

*Quæ gens ad septentrionem est for-
 tissima populosissimaq; de qua unum
 ex multis Cornelij Taciti, cuius
 hodiè opera ab Italici odio nominis
 nostri maxima ex parte suppri-
 muntur, testimonium adducam.
 Cymbrorum inquit parva est ci-
 vitas, sed gloria ingens, veterisq;
 fama vestigia latè manent utraq;
 ripa castra ac spatia, quorum
 ambitu nunc quoq; metiaris mo-
 lem manusq; gentis, Et tam ma-
 gni exitus fidem. Sexcentimum
 Et quadragesimum annum urbs
 nostra agebat, cum primum Cym-
 brorum audita sunt arma, Cæci-
 lio, Metello ac Rapyrio Carbone
 Coss. ex quo si ad aliterum Traiani
 con-*

ORATIO.

consulatū cōputemus, ducenti ferme & decē anni colliguntur, tam diu vindicūtur. Hactenus ille. Ex quibus haud difficile patet, fortissimam fuisse hanc gentem vel de iudicio illorum, qui laudis alienae sunt parcissimi, à qua virtute minimè degenerarunt hodie. Sed de rebus gestis & ornamentis bellicosissimi huius populi nihil hic regeram, de quibus satius est, quod de Carthagine Salustius dixit, silere. Etsi autem ad summam gloriam accessionis nihil fieri posset, quin abundè antea ὑπερβαδόντως haberent, praestantiorem tamen, qui illis imperaret, ex hac familia elegerunt. Ex quo

ORATIO.

quo dignitas huius generis esti-
manda est.

Ex hoc \& quidem illo patre
nata est, qui verè Christianus no-
mine \& re fuit, \& maior, quàm
ut nostrarum literarum cancel-
lis tantus Rex intercludatur.
Quamvis autem plurima ipsius
insignia dicta heroicaq; facta ex-
stent, qua pietatem singularem,
beneficentiã inexhaustam, robur
Herculeum, fortitudinem Achil-
leam, clementiam Iulianam re-
presentent, animiq; moderatio-
nem eam in subditos exprimant,
ut eo uno doceat, quantum Regem
Rex praestet, \& quàm extrema
sit dementiæ, terrorem incutere
velle

ORATIO.

velle ijs, quos benevolentia conciliare possis, ut superioribus annis Christiernus Rex fecerat. In eo tamen seipsum vicit, quod in tanta multorum offensione destructis χαμαβίλοις καὶ χαματοπειοῖς impietatis Pontificia, quae non meliora erant Mithro Alexandrino, anno XXXIX Ecclesiae suae templa, Religioni Academiam Hafniensem & collegia, artibus denique scholas suas reddiderit, Deoq; & Musis consecrauerit, & ut in εὐημερίᾳ placidissima nobilissimum depositum, posteritati grata traderetur, incolumemq; cum salute famam Cymbrica reipub. importaret, praesidijs plurimis & necessarijs

ORATIO.

sarijs sepserit, regiamq; pietatis
 Et omnis generis absolutissima-
 rum virtutum exemplum propo-
 suerit. De Theodosio II. Imp. The-
 odoretus Et Socrates referunt au-
 lam bene constituta schola non dis-
 similem habuisse, in qua se suosq;
 exercuerit temporibus ordine di-
 stributis. Noctu quoq; a lectione
 sacrarum literarum non absti-
 nuisse, *αυτομάτω* quodam sponte lu-
 cernæ oleum infundente: congres-
 sum quoq; cum precipuis Ecclesiæ
 Doctoribus iudicium in religio-
 num controuersis confirmasse, Et
 quæ eo in loco copiose virtutes plu-
 rimæ narrantur. Hæc in Theodo-
 sio cum quadam ostentatione Et
 admi-

ORATIO.

admiratione laudantur, Et quidem non immeritò, vulgaria enim non sunt, sed si attingere saltem omnia nostri esset instituti, proh DEVM immortalem, quãtus se hic campus apperiret. Nihil detraho veteribus, neq; ambitiosius de nostris loquor Argonautis, illis qui $\chi\upsilon\sigma\acute{o}\mu\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon\pi\ \delta\acute{\epsilon}\gamma\alpha\varsigma$ Pontificijs Larvis Et monstris abstulerunt. Dedit tamen inter multos Germania prestantissimos Principes hũc quoq; CHRISTIANVM, generumq; AVGVSTVM Electorem Saxonia, Evangelicæ veritatis vindices. Nec tantum publice talis videri, sed intra ipsa penetralia conclaviaq; secretiora, quod

ORATIO.

quod quidem cum paucis com-
 mune habet, etiam esse voluit. Ta-
 ceo politicas rege dignas, virtutes.
 Quod nocturnos lemures istos
 Pontificios, quos regnum Dani-
 cum à multis annis inueterata
 consuetudine non minus, quàm illi,
 qui sunt in Hispaniola Cancrì
 Tropico supposita suos Zeminos,
 quos nunquàm viderunt, coluerat
 & timuerat, & quasi Deos vitæ
 simul fortunæq; arbitros statuerat,
 expulerit: Quòd plurimos Tyran-
 nide Papistica oppressos bonis le-
 gibus ab interitu ad frugem &
 vitam reuocauerit: Quòd nutri-
 cius Ecclesiam paterna cura ad-
 inuerit, iustitiam ex æquo admini-
 C strauit.

ORATIO.

strauerit, imperium gesserit ana-
 maton, vocatusq; ad fœdera &
 exstimulatus ad bella, sapiēter ijs,
 conseruata subditis suis pace, vi-
 cinis regnis undiq; belli incendijs
 gliscentibus & ardentibus absti-
 nuerit: & tritum quasi habuerit,
 Faciles esse regnum turbare, &
 inquietum reddere, sed in tran-
 quillum restituere opus & labo-
 rem hic requiri: Quod eius cle-
 mentia fuerit, ut non solum dam-
 natos interdum misericordia du-
 ctus absolueret, sed in se contume-
 liosos quoq; pro delicti grauitate
 minimè ulcisceretur, & absq; de-
 lectu beneficus esset, sapè etiam
 spontè offerret. Quod ad reliquas
 vir-

ORATIO.

virtutes castitatem, sobrietatem
 Et temperantiam adiecerit, quod
 in aulis rarum est, quibus ut Sci-
 pio ad Massimissam ait, non tan-
 tum ab hostibus armatis sit peri-
 culum, quàm ab circumfufis un-
 diq; voluptatibus. Quas frenare
 ut poterat, ita in eo continentiam
 prestitit summam, quod ΣΥΣΤΟΜΑΧΗΣ
 Midas inhians τῷ ἑκπλαστικῷ subdi-
 torum, minimè esset, Et quæ sex-
 centa alia. Sed nostri, ut dictum.
 non est animi singula persequi.
 Hoc saltem tenendum, eum con-
 sortio sapientum perpetuò u-
 sum, Et ut plurimum Evangelij
 doctorum: e contra in uniuersum
 à conuersatione hæreticorum in-
 primis

ORATIO.

primis Sacramentariorum absti-
 nuisse, ut libros quoque sibi nuncu-
 patos non sine offensione ijsdem re-
 mitteret, eaque infectos contagione
 pracentores vel gregarios nullo
 modo ferret, ut quibus non satis
 esset se perdere, nisi alios quoque se-
 cum ad idem exitium pertraxis-
 sent. Stultitiam isti nobis, & igno-
 rantiam simplicitatemque obijciunt,
 ουδεν̄ inquit ὑπερ̄ τὸ πισευσθαι τῆς ὑμετέρας σο-
 φίας, ut Julianus olim Christianis.
 Quibus tamen propter sapientiæ
 opinionem ne pedem quidem fige-
 re, multò minus receptum ad se
 habere permisit, ut qui non ne-
 sciret, accidere urbibus, in quas
 homines eiusmodi venissent, idem
 quod

ORATIO.

quod ciuitatibus olim Græcia, ad
 quas Atheniensium legati diuer-
 terent, de quibus Pythias dixit,
 Similes esse domibus, quæ morbo
 laborarent, quibus lac Asininum
 apportaretur. Quod omninò ne
 in Dania regnum deriuaretur, li-
 bris illorum lubricis non absti-
 nuit solum, sed etiam regni subdi-
 tis interdixit, ut quibus blandè
 insit venenum, Et sicut illi, qui
 sæpè in Sole imprudèter versantur
 nigredinem, etsi non sentiant,
 contrahant, ita inficiantur quoq;
 paulatim, naturamq; istorum sub
 crebra lectione induant necesse sit.
 Factum itaq; est illi secundū ver-
 bum Domini, Honorantes me glo-
 rificabo.

C 3 Tan-

O R A T I O.

Tanta enim in auctoritate apud Reges fuit, tanta apud suos gratia, in tanta denique apud omnes laude constitutus, ut quibus officijs, obsequijs, & encomijs eum sibi demereri possent, vix inuenirent certantes ubique. Et quamuis sanctus in viuis Rex crederetur, sanctior tamen post funera habitus, etiam apud aduersarios, qui non minore cum veneratione sepulcrum illius prosequuntur, quam Georgij quondam Castriotti apud Lissam Turca immanissimi in Epiro. Interior vita inuocatione ac timore DEI, fide, sanctitateque erat plenissima, Regiam exercitiorum omnis virtutum generis officinam

ORATIO.

nam habebat. Diem Psalmis & Bibliorum lectione, in grauissimis etiam negocijs auspicabatur, multum se in presenti molestaq; rerum tractatione subleuari affirmans, semperq; ex ea hoc commodi ferre, ut faciliore via feliciorum euentum res, quæ in diliberationem vocata esset sortiretur. Magna laus est Alphonsi Aragonum Regis, quod biblia quater & decies cum glossis & commentarijs perlegisset: Maior verò laus illa, inde sibi regnoq; uniuerso salutem acquisuisse, de qua in Alphonso dubitare posset. In mensa Doctoris Lutheri scripta reuerenter à nobilib. legebantur, nul-

C 4 laq;

ORATIO.

laqꝫ planè erat cœna huius condi-
 menti expers. Ex carminibus
 quoqꝫ sacris bonis voluptatem in-
 credibilem percipiens, ijs pro loco
 frequenter utebatur. Linguas &
 studia impensè amabat, alijsqꝫ
 auctor ad discendum erat. Cùm
 forte aulicus in cœclavi ad parie-
 tem Horatianum illum versum,
 quo delectatum iri, ut semper ali-
 as, Regem credebat, scripsisset.
 Quidquid delirant Reges plectun-
 tur Achivi, Rex placidissimus etsi
 primo miraretur aspectu, quid
 sibi vellet, equum tamen premij
 loco proposuit, qui sensus illius
 veram afferret interpretationem,
 qua ab eodem oportune & de-
 xtre

ORATIO.

extrè allata, delectatus hac animi
 libertate pulcritudineq; sententiæ
 equo donavit. Quod manè fecerat
 intentè, vesperi studiosius factita-
 bat, manè DOMINVM laudando
 & vesperi non tacendo. In Gynæ-
 ceo, quod mihi curiosius perscru-
 tandum non sumo, nihil erat otio-
 sum, nihil obscœnum, nihil quod
 offendere posset. Omne panè tem-
 pus pietati & rebus sacris daba-
 tur, quod reliquum erat textoria
 & Pharmacopææ arti impen-
 debatur. Filios itidem præclarè
 erudiri voluit, quod intelligeret,
 parum prodesse, etsi Otum & E-
 phialtem, qui sub novem anno-
 rum spatio corporis staturam in

C 5 cubi-

ORATIO.

cubitorum triginta longitudinem
 proferebant : vel Alexandrum
 Magnum rerum gestarum glo-
 ria: aut Achillem qui unus in-
 star exercitus erat, Graecorumq;
 contra Troianos murus, fortitu-
 dine superarent, Et tamen salute
 aeterna destituerentur, longeque fe-
 liciora esse regna, si ad reliquas
 virtutes caelestis cognitionis doctrinae
 exacta accederet. Et ut ὡς ἐν τύπῳ
 dicam, nihil in hoc Heroë erat
 ἐνεγκλητόν aut culpandum talisque o-
 mnino Rex, qui immortalis gloria
 Et vita dignissimus erat, quam
 in agone supremo sub annum cli-
 mactericum Heroicum in vera
 fide expectans, Christus inquit
 vita

ORATIO.

vita est, quâ igitur peream? Est
 via, egone errare poterò? Veritas
 deniq; ipsa, & non fallit. Sed pro-
 lixior hîc fui, quàm volebam,
 ταύτης τῆς γενετῆς τότ' ὡατῶς εὐχεται εἶναι.

Ex tali patre cum esset an-
 no reparata salutis humane 34
 prognata, & à natura ad virtu-
 tes aptissima esset, sicut earum se-
 mina in liberos à parentibus pro-
 pagantur, mirum non est ad eam
 excellentiam peruenisse, præser-
 tim cum plurimum domestica
 institutione adiuuaretur. Vnde à
 teneris statim annis viciosa dicta
 factaq; & simulacra detestata est,
 non solum quia DEVS ad iram
 prouocaretur, aut hominum re-
 da

ORATIO.

Et a iudicia pertimesceret, sed pro-
 pter solam istorum turpitudinem,
 Et ita DEO templum suum mun-
 dum, castum Et sanctum serva-
 vit, ut non Ana sed Hanna esset,
 ἡ ἁγία, ut Græci illas, qua natu-
 ra vel institutione vel ex bona-
 rum actionum consuetudine ex-
 culta elegantesq; existunt, appel-
 lant. Qua pulcritudine captus
 princeps Illustrissimus AVGV-
 STVS singulari quodam iudi-
 tio Et fortuna usus, eam prære-
 liquis in coniugem sibi expetiit,
 Et Torgæ 1111. Id. Octob. Anni
 M. D. XLVIII. publicè nupti-
 as, maximis eò principibus con-
 fluentibus singulari cum appro-
 batio-

ORATIO.

batione & gratulatione, ad aram
ritu Ecclesiastico Georgio An-
baldino Principe consecrante, ce-
lebrauit.

Ex eo tempore AVGVSTO
Duci, non ut Syphaci Sophonisba
& Adherbalis filia, quæ nuptiali-
bus facibus regiam potentissimi
Regis conflagrauit, regnumq; il-
lius euertit, carissima fuit, maxi-
miq; eam in curis priuatis, & ne-
gociis pub. fecit, ut qui prudenti-
um & piarum feminarum ex
regia inprimis familia monita
minimè, aspernanda sciret, sicut
Julius Cesar Calpurniam deri-
det, & in exitium presentissimum
deuoluitur: Quem e contra reue-
renia

O R A T I O.

rentia blanda, amoreq; ardentis-
simo, in quo consenuit, Et obsequio
perpetuo prosequuta est, ostenditq;
desiderium Illustrissimi pectoris,
quàm suaviter illa sit usus, illi-
usq; beneficio in difficillimis mo-
lestijs plurimum se subleuatum
ipse faetur. Credite mihi Viri ho-
minesq;, est quædam vis latens fa-
mineæ sexui in generosa natura
prævidendi multa insita, quæ si
affectuum expers fuerit, commo-
da secum trahit infinita. Quoties
illa in principum cōgressu Et con-
uentu timebat, ne princeps in gra-
tiam aliorum faceret, quod detri-
mentum corpori sanitatiq; affer-
ret, vel Bachum Lynces, Tygres
Et Pan-

ORATIO.

Et Panthera comitarentur. Quoties
 itinera necessaria deploravit,
 quae summam parerent molestiam,
 Et cum periculo coniuncta
 essent, verita ne quid humani pa-
 teretur, aut insanabilibus impli-
 caretur morbis, alio modo peri-
 clitaretur: Quoties herbarum Et
 Medicae artis perita salubrium
 medicamentorum preparatione
 morbos propè desperatos inhibuit,
 ne ad fatalem properarent termi-
 num. Quoties de Harpijs, quae non
 amplius in Strophadibus habi-
 tant, sed in principum aulas de-
 migrarunt utiliter monuit, qua-
 les essent συγκατανευσιφαγοί Cratetis
 Thebani, Et qui cum Chyrosopho
 Diony-

ORATIO.

Dionysij principem ridere conspi-
 cati, ipsi quoq; riderent, etsi quid
 ageretur minimè scirent: qui mē-
 tiendo & blandiendo animos oc-
 cupantes principes excacarent, ut
 suspectos & inuisos haberent, quo-
 rum opera ipsis oportuna & salu-
 taris esset. Et quis referat omnia.
 Diuelli itaq; ab illo non potuit, etsi
 optata quiete frui daretur, in for-
 tuna meliore illo Hyppocrate &
 Mithridaticæ usæ, ubi est, inquit,
 Dominus meus, ibi quoq; diuitiæ
 animaq; & regnum meum. An-
 dromache apud Homerum lau-
 datur, quod in amorem Hectoris
 equo pabulum subministrauerit:
 Sic nostra quoq; vulgaria obibat
 mini-

ORATIO.

ministeria, amore solummodo pio
 adducta: Illa principem ad iram,
 quam plumbeam Heroës gerunt,
 incitatum ad animi moderatio-
 nem reuocare poterat: Illa offen-
 sum flectere, si quid petenti dene-
 gatum impetrare, vel si qua tem-
 pora attulissent negocia, qua ob
 grauitatem rerum sollicitudinem
 non leuem obijcerent; illa virtute
 quadam μαλακτικῆ̃ insita in latiti-
 am inspectatam vertere didice-
 rat, si vero quid peccatum esset,
 quod excusari tamen commodè
 poterat, ut res sunt humanae ad
 lapsum proclines, modestè illa no-
 uisse non odisse sciebat, pruden-
 ter dissimulando suo tempore de

D eo

ORATIO.

eo tempestivè admonens. Quant-
ta hac sic virtus, in muliebri se-
xu, quæ per impotentiam animi
sæpè in momento res plus æquo ex-
asperant, ut dolor & labor vix
illas expediat, alij iudicent. De-
nique planè cum illo $\tau\upsilon\chi\eta$ $\mu\acute{\iota}\alpha$ erat,
quæ consilio prudenti humile ni-
hil coguans, sæpè Dominum ad-
iuvit.

Commemorant Victor Eg-
natus, Socrates & alij, Theodosi-
um superiorem defensorem Ec-
clesiæ fuisse acerrimum, admira-
torem eruditorum singularem, in
omnes profusè largum, pacis &
continentiæ studiosissimum, in li-
teris quoq; mediocriter eruditum,
& in

ORATIO.

Et in lectione historiarum assidu-
 um fuisse, placabilis ira, hosti eti-
 am parcentis, blandum patrem,
 maritum concordem, Regem o-
 mnino placidū, in cognatos verò
 supra modum piū, adeò ut ad-
 fines pro suis atque ex se genitis
 complecteretur: Et quamvis sa-
 pientissimus esset, in consilium ta-
 men Placillam uxorem adhibu-
 isse, rebusq; communicatis, de eius
 sententia plurima fecisse. Huius
 quoq; monitu, sicut rei pub. formā
 in unum corpus collegerat, ita
 Ecclesiam quoq; post sublata schi-
 smata ad concordiam reducere
 duabus Synodis conatum. Sicut
 igitur Elector Saxonia Illustrissi-
 mus

O R A T I O.

simus AVGVSTVS verè Theodosi-
um virtutibus & felicitate expri-
mit: Ita Augusta quoq; Placil-
lam omnimodè exæquabat. Hæc
ut Themis altera non iusta & ho-
nesta tantum suadere, sed pia et-
iam & utilia consulere, Periculo-
sissimus erat sub initiũ matrimo-
nium Ecclesie status, aduersariis
ex una parte fraude & calūnijs,
ex altera vi iniurijsq; pugnanti-
bus, Sphynge Augustana nostræ
confessionis opposita. Eratq; in nul-
lo non res Lutherana ob potenti-
am Cesaris discrimine, plerisq;
captiosè agentibus, aliis verò cum
periculo capitis contradicentibus.
Itaque omnium oculis in princi-
pems

ORATIO.

pem Electorem Saxonia, quem
 Cesar sine modo sollicitabat, con-
 uersis, quantum poterat, nequa-
 quam principi suo permisit, ut in
 impiam sententiam descenderet.
 Deniq, cum animum Imperato-
 ris amicissimum à se ab aliena-
 tum experiri molestissimū Mau-
 rilio accideret, & propterea ali-
 quot Torga, Cella, Pegauij, Gri-
 ma, Interpocci conuentus, Lip-
 siaq, & Misena Synodi habita es-
 sent, unà cum principe Augusto
 & CHRISTIANO Patre Ele-
 ctorem confirmauit, ut Cimme-
 rias tenebras & Labyrinthos
 perplexissimos planè euitaret, &
 in cōstantia pristina perseueraret.

D 3 Quod

ORATIO.

Quod exemplum secuti alij & ipsi confirmatiores facti uno ore reclamârunt. En quale documentum iam tum in illa etate, turbulentissimis temporibus & regni auspicijs tenuioribus dederit. Ex quo iudicari absq; controversia potuit, quantum presidium Religio in hac Heroïna haberet. E viuis autem Mauritio, nunquam satis laudato Heroë, erepto, cùm administratio Imperij Saxonici ad Augustum recidisset, ampliorrem nacta occasionem Ecclesie res propagandi, reliquum omnino nihil in eo fecit, quod à pietate ipsa expectari posset, primaq; cura fuit, ut pax Ecclesijs restitueretur.

ORATIO.

retur. Nouo post modum dissi-
 dio Vuormalia exorto, cum
 Numburgi componi difficile esset,
 quod haberent suas faces, qui clas-
 sicum canerent, colloquijs rem a-
 gere placuit, si collatis sententijs
 animi distracti opinionibus coi-
 rent, sibiq; inuicem communica-
 rent. Qua sanè ratione factum est,
 ut per Misriam & Saxoniam
 Ecclesiarum status esset tranquil-
 lior. Dissensiones enim semina-
 ria sunt impietatis Lucianica &
 Sceptica, à quibus tota abhorrebat
 imitata patrem Christianum Re-
 gem, qui toties iterando versicu-
 los Georgij Fabricij Chemnicen-
 sis, qui vir verior ingeniorum

D 4 faber.



ORATIO.

faber erat quam Stapulensis, verbi ministros ad animorum & sententiarum coniunctionem hortabatur.

Sint vnum, doceant vnum, fateantur & vnum,
Qui bene de Christi nomine nomen habent.

Lutherum Baaliticos Papistas
mactantem, & ex nostris Mar-
tyras quoque ad certamen ipsum
cantu provocantes, alterum ve-
lut Apollinem ob arrogantiam
excoriantem, eiusq; libros ex qui-
bus verius scientiarum divina-
rum, quam ex Tauro in Asia a-
quarum flumina profluunt ma-
ximi fecit, & studiosè legit. Cuius
cum audiret auctoritati detrahi,
Sicyoneosq; calceos & cothurnos
Etruscos aptari scriptis manu-
mentis

O R A T I O.

mentis, minimè ferendum cen-
 suit. Qualis enim fuit Lutherus
 παρρησια̃ ipsius ostendit. Quales au-
 tem Hiensæ sint illi qui de Ecclesiæ
 controuersijs pronunciant adeò
 ambiguè, ut nescias utram sen-
 tentiam approbent, dum persona-
 ti larua una post aliam induti, ne
 dinosci possint, calidiniè sint an
 frigidi, discipuli Lutheri θεοδιδάκτῃς
 aut Carolostadij αὐτοδιδάκτῃς, etsi in-
 terim multa non, ut de veteri Phi-
 losopho dicitur εἰς ὑπερσκριβαντ, sed
 εἰς ἄχρηστον calamos intingant. Quæ, ut et
 Petilius Prator Romanus de Nu-
 ma Pompilij recēs in agro sub la-
 niculo repertis libris in Senatu R.
 iudicabat, legi seruariq; non oportet,

D 5 tere,



ORATIO.

tere, quia dissoluendarum sint in
 ijs pleraq; religionum iusiuran-
 dum dari potest. Et ut de errore
 nihil dicatur, libri sunt ferè tales,
 qualis Æmus Thracia. De eo
 vulgata opinio erat, Ponticum
 simul & Adriaticum mare &
 Istrum amnem & Alpes conspici
 posse. Sed Philippo præter cate-
 ras difficultates in iugis ea nebula
 se offerebat, quæ omnia contegeret,
 ut hæud secus quàm nocturno
 tempore impediretur. Ita qui car-
 tis illis, quæ prima fronte pieta-
 tem & doctrinam amplissimam
 promittunt, tenacius inharerent, ut
 plus reliquis videant & intelli-
 gant, ea præter opinionem subito
 Sophi-

ORATIO.

Sophistica, & tenebris plus quam
 Cimmerijs involuntur, ut quid
 videant, quid credant, vere ne-
 sciant, conscientia ipsorum hoc at-
 testante. Unde ad minimum peri-
 culi metum Panico quasi furore
 correpti turpiter se deridendos,
 qua constantia laude hercle non
 video, propinant.

Prodigiosum illo tempore &
 admirandum Sidus in Asterismo
 Cassiopeae sub Dodecatemorio
 Tauri sollicitè conspiciebatur. Ful-
 gebat & Cometes aliquantò post,
 de quibus alij aliud, ut fit, omina-
 bantur, ex his erant, qui sibi, si
 Dijs placet, aureum seculum feli-
 citatemq; sub Imperio exoptato,
 singu-

ORATIO.

singularem promittebant, cum
Christiana religionis incremento.
Doctoribus Theologis, nescio quā
curam & sollicitudinem obijcie-
bat, religioniq; adferre cladem
presentē non obscure diuinabant,
remq; periculo omnino non caru-
isse, historia illorum temporum o-
stendit. De his cum ANNA Au-
gusta audisset, intelligeretq;, in-
primis Lutheri scriptis vim infer-
ri, idq; agi, ut è manibus studio-
forum aliis substitutis paulatim
excuterentur, zelo non Judaico
sed diuino correpta ab principe
Augusto diligenter aliquot Sy-
nodis ea de re inquire petijt, &
effecit.

Sed

ORATIO.

Sed ut solet id hominum genus,
 quod pro tempore modò affirmat,
 modò negat, Lutheranos omninò
 se professi sunt, cum aliter senti-
 rent, dederuntq; proverbio locum,
 Aliud esse spectandum, aliud ve-
 rò dicendum. Tales fuerunt olim
 Acaciani, qui subscripserant for-
 mula Antiochena in Encœniis,
 filium per omnia patri similem,
 cum reuera secundum volunta-
 tem duntaxat similem crederent,
 ut in Synodo Seleuciana se ipsos
 explicarunt. Mox Arimini τὸ
 ὁμοίως voce tectè sublata, filiū secun-
 dū voluntatem Ἐ' essentiam pla-
 nè ἁνόμοιον fecerunt. Tandem verò
 cum infamiam ferre non possent,

ne

ORATIO.

ne in exilium pellerentur ^{καλιναυτο-}
μοχοι fidei Constantinopoli appro-
bate subscripserunt. Sozom. lib. 4.
cap. 29. Idem in nostris usu veni-
ebat, Sed nolo hic prolixior esse, ne
vulnus vix vicinque obductum à
me refricetur. Donec tandem se
ipsos, sicut Sorex suo indicio pro-
didere. In quibus omnibus Augu-
sta pietati & prudentia multum
debetur, sed decantatus hoc est,
quam ut à me repeti debeat.

Neque verò in Politicis à se
ipsa degeneravit, aut sollicitudi-
nem suam à principis cura segre-
gavit: cuius rei illustria afferrem
exempla, si ^{πανηγυρισκῆς} esse vellem.
Cum Imperator concilium Tri-
denti-

ORATIO.

dentinum, quod erat reuera tantum *κερκώπωρ ἢ ἀγορά* urgeret, & propter hanc & aliam causam bellum in Imperatorem pararetur, etsi pacem maluisset, in causa tamen illa consilia vota^qque sua ab alijs seiungenda non putavit, & credibile est, tum temporis insperata paci, qua data religioni fuit, ut actio quoque Passaviensis in legem abiret, plurimum contulisse presidij. Multum enim valet deprecatio iusti *ἢ ἐνεργουμένη*, ut Judith olim Holofernis potentiam precibus & fide fregit. Factum itaque est, ut contra omnium opinionem & cogitationem gravissimum bellum sine periculoso motu sit sedatum.

ORATIO.

datum. Quàm difficile autem fuerit in officio retinere, quibus Astrologia excelsusq; animus maximum dignitatis regia summique imperij spem fecerat, dicere nostri non est argumenti. Cum hac tempora exciperent tristiora, in Daniam se cum principe suo recepit, occinens crebro istud, unius ex tertigenis fratribus ad Cadmum,

— — — Ne te ciuilibus insere bellis:
ut quæ presentissimum secum exitium ferant, illa præclara Thesei ad Perithoum iterata uoce:

— — — O me mihi carior inquit
Pars animæ dilectæ meæ, licet eminus esse
Fortibus: Auræo nocuit temeraria uirtus.

Cum itaq; de Seruatoris nostri testimonio pacifici & mites
inter

ORATIO.

inter beatos numerentur, quorum
 pater Deus sit opt. max. Et hære-
 ditatem terræ accipiant, quã vix
 sperare in hac vita ausus esset, fe-
 licitatem fortunamq; consecutus
 est, cum Mauricio, cheu fato im-
 maturo cum omnium maximo
 dolore ex hac ærũnosa vita lethali
 accepto vulnere, trib. simul prin-
 cipibus Germania, alijsq; ex il-
 lustri Et nobili genere confectis,
 evocato, uniuersa administra-
 tio iure quidem hereditario, sed
 diuina aspirante approbanteq;
 gratia ad ipsum legitimè cum
 omnium, felici omine AVEV-
 STVM accipientium, gratula-
 tione peruenit, ubi alius casus,
 E si pra-

ORATIO.

*si praelio interfuisset, illum oppri-
 mere potuisset. Tantum scilicet po-
 tius sanis Themidos cōsiliis, quam
 Naiadum oraculis vanis obsequi
 refert. Gravissimum quidem
 vulnus generoso pectori imma-
 tura fratris tanti mors infli-
 xit, sed consolatus est seipsum,
 quòd in brevi vitæ stadio praelia
 bellaq; multa felicissimè confecis-
 set, victorijs præclariss. reporta-
 tis, quòd in postremo quoq; actu
 pulcherrimè, ut quondã Epami-
 nondas vicisset, insigni hostium
 strage edita. Quod hostem ita fre-
 gisset, ut ab ea clade vires recu-
 perare non posset, quod restituta
 his terris pace in invocatione no-
 minis*

ORATIO.

minis divini, fideq; ardenti ad æ-
 ternum cœlesteq; regnum migras-
 set. Quæ & alia præclara orna-
 menta factaq; Augusta, ut à lu-
 ctu mentem auocaret, illi prædi-
 care. Talem Achatem, talem in
 bonis malisq; sociam habere inter
 τῆς εὐτυχίας genera εὐδουμῶν facilimè pri-
 mū numeraverit. Quot memini-
 mus hoc uno nomine miseros, &
 in maximas angustias devolu-
 tos, de fastigio summo in ordinem
 redigi, quod fideli & sapienti
 consilio destituerentur, vel si habe-
 rent, non agnoscerent. Quanti igi-
 tur felicitatem hanc in Augusto
 putabimus? Vel quid responde-
 bunt ἀπληκκῶτα νερ' ἀδόκιμῶν haben-
 E 2 tes,

ORATIO.

tes, qui dilectati τοῖς ἐπιτιμοῦσι
 sexum fœminum etiam genero-
 sum a deo despectum & contem-
 ptum habent, ut quò longius ab se
 relegauerint, eò maiorem sibi pro-
 speritatem promittant? Etsi au-
 tem plurimum potentia & hono-
 rib. aucta esset, insolentio-
 rem tamen minimè se gerebat,
 quin accessio multa facta est
 studij contentionisq; illius,
 qua se probare clementis-
 simam omnibus cupiebat.
 Ita in rebus grauissimis,
 qua eo tēpore tractabantur
 & Vimarie tandem transacta
 sunt, suam Augusta amorem,
 suam Christianus Rex auctori-
 tatem interponebat, ut
 multum de iuris rigore remi-
 teretur. Quod Deum ipsum ap-
 pro

ORATIO.

probasse creditum est, cum generosissima illam & pulcerrimam indolis filio bearet. In ea tamen felicitate, ut nihil solidum est, *περὶ αἰσῶς* infelici undiq; locum irrepenti quarente, periculis alijsq; acerbitatib. non caruit. Cum enim virtus omnis, & ex ea prosperitas invidia afflatu tangatur, tactum illius nec hoc imperium defugere potuit. Sunt enim homines qui aegri cum sint animis, fortunis tamen aliorum nocere non possint, quod unum reliquū est, invident, & eo ipso sibi quam alijs sunt amariores: Sicut Antonius ille Tibaldens strāguria cruciabatur adeo arriuer, ut ex atrabile se ipso

E 3 factus

ORATIO.

factus amarior non insulsè deli-
 rare crederetur, cum ianua fe-
 nestrisq; occlusis Carolum V. Imp.
 quem oderat, ex Africano trium-
 pho ad limen Neapoli cum pompa
 transeuntem spectare non posset.
 Ex hoc tamen fonte alia & qui-
 dem violenta demanarunt, cum
 princeps venenis, fraude, atque
 vi peteretur. Quid tùm fuerit
 Augustæ animi, quæ sollicitudo,
 quæ angustia pectoris tenerrimi,
 egone exprimam? Sed quemad-
 modum Augustus ex medijs peri-
 culis evasit, & gloriosius postea
 imperavit & vixit, bona vin-
 cente causa: Ita hæc quoq; cum fe-
 licitate perpetua, tum prole mul-
 ta

ORATIO.

ta plurimum recreata est, ut fe-
 lix esset fecundaq; mater. Quæ res
 effecit, ut quamvis propter pul-
 cerrimas virtutes longè carissi-
 ma esset, hoc tamen nomine cari-
 orem haberet, curisq; sepositis,
 quæ plurimam molestiam adfe-
 rant ijs, qui ad gubernacula im-
 perij sedent, suavissimè vita for-
 tunaq; usus, tardo & lento gradu
 ad senectutem accederet, essetq;
^{quæ} ^{vix} planè felix & fortunata per
 annos XXXVI, & non aliter atq;
 olim Terentiana suo coniugi per
 tot annos nulla oborta offensione
 cohabitaret, in principis sui natu-
 ram tota conuersa. Et sicut specu-
 lum probum imaginem semper

E 4 red-

ORATIO.

reddit intuentis, ad affectum
 Augusti se attemperaret, planeq;
 absq; zuyomaxia congrueret, uberis
 bus suis illum inebrians. Quid
 itaq; mirum, si generosissimus E-
 lector eo luctu afficiatur, si dimi-
 dium sibi pectoris ablatu conque-
 ratur, si diem in mœrore consu-
 mat, eiusq; desiderium impatien-
 ter ferat, à quataàm reuerenter
 habitus, tàmblande & amicè tra-
 ctatus, tãto obsequio exhilaratus,
 tot modis adiutus, & subleuatus,
 tantisq; sapè molestijs & difficul-
 tatibus ereptus sit, velitq; ab om-
 nibus, sicut Cyrus Rex Cassan-
 drinam suam publicè lugeri. Sed
 in immensum creseeret oratio, si
 obiter

ORATIO.

obiter saltem delibando omnia perstringeremus.

Quod autem tanta ^{508 vii} liberos
prosecuta est, generositatē animi,
ut sexcenta alia, illustriorē facit,
probatq; verum esse: Quod docu-
menta damus qua sumus origine
nati. Quo enim quisq; est generosi-
or & melior, eò ex se natos arden-
tius amat, sicut post sensum iræ
DEI maior dolor accidere non po-
test, quam qui ex calamitate na-
torū accidit. Hinc Timantes Aga-
memnonem in mactatione Iphige-
nis pingit involuentem caput in
pallium, quod affectus paternus
& magnitudo doloris exprimi
non posset. Sic Andromache apud

E 5 Euri-

ORATIO.

Euripidem se pro filij salute offert.
 Non enim ex iactu lapidum orti
 sunt homines, ut Poëta fingit, qui
 in calamitatibus suorū nō moue-
 antur. Talis cum in ea ^{ΕΥΧΟΙΑ} esset,
 non tamen indulgenti, sed san-
 ctissima subiecit educationi, unde
 ad patrem venustissimos & gra-
 tissimos remitteret, qui suam in
 ijs imaginem contemplatus unice
 illos complecti, nihilq; non ingra-
 tiam illorum, ut Agesilaus quo-
 que fortissimus Rex, dicere &
 facere. Quàm primum autem per
 etatem licuit pietate & doctrinis
 preclare instituendos censuit, quos
 sciret non secundum rationem
 Chymicam Theophrasti Para-
 cel-

ORATIO.

celsi, qui nouo modo, si quis tamen
 est in rerum natura, hominem
 format, sed singulari benignitate
 diuina sibi concessos. Cum itaque
 quid educatio pia ad generosam
 indolem afferret per se intelli-
 get, tum apud Patrem Christia-
 num Regem, apud matrem Do-
 rotheam Reginam didicisset, non
 satis esse, si ingentes opes cumula-
 rentur statuebat, aut si potentia
 tantum regnum confirmaretur,
 hac enim caduca esse, Et ut Gili-
 merus Vandalicus Rex apud Iu-
 stinianum Imp. Vanitas vanita-
 tum Et omnia vana, exclamat,
 quin ad illa potius bona, que cum
 Et post vitam manent incorrupta
 Et per-

ORATIO.

Et perpetua sunt, Et ut mortali
Et caduca fortuna recte Et sua-
uiter utamur, ut nostri nos nun-
quam poeniteat, viam Et aditum
faciunt, Et plane salutis nostrae
causa sunt, respiciendum. Qualia
sunt DEI scientiarumq; cognitio
Et virtutis assuesfactio. In eum
finem maximos Et regios sumtus
in Academijs alijsq; locis cum
faceret, ut iuventus recte in do-
ctrina Et disciplina educaretur,
multo id sibi studiosius in suis la-
borandum esse.

Nequaquam igitur imitata
illos qui pulcerrime indolis filios
Moloch sacrificant, bonisq; pri-
uant aeternis, dummodo hic felici-
ter,

ORATIO.

ter, quod putant, vivant, cum
 vix vitam agant, nec Paulum II
 Romanum verius porcū, quam
 Pontificem, qui literis & literatis
 inimicus, Romanis hortator &
 auctor fuit, ne liberos suos studi-
 js darent, satis esse, si literas nos-
 sent. Bella scilicet & pulcra bestia
 ex talibus porcis oriunda: Sed A-
 brahamum virum illum & con-
 siliarium DEI, cum quo sua com-
 municat consilia. Quomodo, in-
 quit, celare Abraham possū,
 quæ gesturus sum, eiusq; laudat
 institutum, quod mandabit filijs
 suis & domui univēsa, ut vias
 Domini custodiant: Nec quidem
 inter Curetes aut Coribantes ex
 imbr-

ORATIO.

imbribus natos, ut Jupiter olim
adulter, sed filios quidem apud se,
filios autem magistro Paulo Vo-
gelio I. V. Doctore viro C. L. Et
amplissimo, sanctissime educari
voluit. Cuius disciplina argumen-
tum in CHRISTIANO Illustrissimo
benignissimoque principe nostro ha-
bemus admodum illustre, de qua
indole nihil non sibi Saxonia, sed
Et uniuersum Rom. Imperium
promittit, ut qui iam nunc in hac
aetate iusti magnique principis ex-
emplum est, Et

ante annos animumque gerit curamque virilem.

In quo plurimum illi profuit di-
sciplina domestica Illustrissimi Et
Potentissimi Electoris AVGVSTI,
cuius

ORATIO.

cuius vita interior plena est herō-
icis virtutibus, qui etiā quadra-
genarius linguam latinam, cuius
usum videbat latissimè patere,
didicit. Sicut autem diem in cer-
tos labores partium habet, certū
tempus lectioni sacra decernitur,
certum orationi ceterisq; huius-
modi negotiis, ne confuso ordine
radium faciant, mentisq; affectū
languere cogant, aliud deliberati-
onibus & cognitioni causarum
per suas prouincias, aliud prin-
cipum peregrinorum legationibus
tribuitur, aliud deniq; certis stu-
diis & imprimis lectioni histori-
arū confertur, quod restat vale-
tudini curaq; corporis vix datur:

Fin

ORATIO

Ita Augusta quoque sanctissima
 Gynaeceum laudatissimum ha-
 bebat, in quo pietas & invocatio
 nominis divini in Psalmis, histo-
 rijs & tympanis fidesq; vera pri-
 mum locum, secundum ab hoc
 modestia & pudicitia, tertium
 continentia tenebat, aliq; post
 aliam succedebat virtus. Inpri-
 mis memorabile erat, quod cer-
 tas horas precibus ad Deum de-
 stinatas haberet, quas pro incolu-
 mitate reipub. suorumq; lacrimis
 largè profusis fundebat ardentis-
 simas. Intelligebat vim precum,
 inprimis publicarum, quibus tan-
 tum tribuebat, ut rectè his solum
 suam suorumq; salutem debere
 cogno-

ORATIO.

cognosceret. Ideoq; toties ut certa
 concepta formula praeunte in
 verba pastore loci illius uno qua-
 si ex ore & corde, & eodem pa-
 nè momento emitterentur efflagi-
 tabat. Defatigatio animo corpo-
 ris quoque exercitia suum locum
 habebant, ocio omni exploso, &
 manibus facere non pudebat,
 quod ad Oeconomiam pertineret.
 Dicebatq; frequenter, quod Al-
 phonsus Rex Mattheo Siculo ab
 eo increpatus, quod manibus la-
 boraret, Naturam non solum ca-
 put, sed etiam manus regibus de-
 disse. Inprimis autem Palladis
 inuentum ingeniosum & admi-
 rabile texendi artificium, planta-

F tiones

ORATIO.

tiones herbarum, coroniarum ad
 amœnitatem, & Medicarum,
 ut de reliquis taceam, ad sanita-
 tem. Pharmacopœa item artes &
 alia in delicijs erant, multaq; hic
 preparabantur, quæ communi
 hominum vitæ sanitatiq; pluri-
 mùm seruebant. In quem usum
 hortos Hesperios sumptu & labo-
 re plurimo Annaburgi & Dres-
 da fecit, qui non in minore admi-
 ratione sunt, quam olim pensiles
 isti. Et si fortunatam illam dicunt,
 quæ pulchra & formosa pulcrum
 habeat coniugem, pulcrum re-
 gnum, pulcram mentē, pulcros li-
 beros, pulcros hortos, fortuna issi-
 mam hanc ego iudico. nprimis de

nam

ORATIO.

Pietate sermo omnis erat, lectio
 & cogitatio, ad quam actiones
 reliquæ omnes referebantur: Sic
 educata filia, cum aliàs genus cum
 forma certaret, voluptati summa,
 petitaq; ab illustrissimis principi-
 bus in matrimonium, honori quo-
 que maximo Augusto patri fue-
 runt, qui ea in parte felicior fuit
 Augusto Imp. qui Iulias & A-
 grippam tres vomicas, ut voca-
 bat, triaq; carcinomata in Pan-
 datariam relegavit exclamans
 Homericum illud:

O utinam cœlebs vixissem, orbisq; perissem.

Etsi autem ex his per immatu-
 ram mortem Deo aliquot remit-
 teret, & gravissimam dolorem

F 2 mater-

ORATIO.

mater ex eo conciperet, at tamen
 non solum prudentem, sed etiam
 fortem se gerere poterat, memor
 illius preclari dicti Iudithæ, quam
 Basilus tantopere laudat, quæ in
 Martyrio suo mulieres ad forti-
 tudinem exprobrata mollitie hor-
 tata est, quod sexus femineus ex
 eadem materia & quidem præ-
 stantiore quam virilis condi-
 tus esset, eandemq; referrent ima-
 ginem DEI, quam viri. Virtu-
 tum igitur præstantiam in ma-
 tronis æquè atque in viris conspi-
 cuam esse oportere, & quod cor-
 poris robori decederet animi præ-
 sentia esse compensandum. Ut
 itaq; Salamandra in medijs igni-
 bus

ORATIO.

bus non comburitur, illa quoque
 represso luctu cedens voluntati
 diuinæ consolata se ipsam est, quod
 nihil mali, nihil noui illis factum
 esset. Si enim Priamus in fune-
 re Nestoris hoc se solamine con-
 firmat, quod nihil mali accede-
 ret illi, qui Deorum cultor in vi-
 ta semper fuisset: Quid Christi-
 ana mater non in Alexandro
 F. speraret? Cordatior igitur illo
 Synesia fuit, quem Euagrius Cy-
 renæum appellat, viro laudatissi-
 mo, qui ob amissum filium de tra-
 gicis sibi manibus inferendis co-
 gitauit, docuitq; viros à fœminis
 sæpè virtute superari.

F 3

Cumq;

ORATIO.

Cumq; ignara non esset dies no-
 stros in manu Dei esse, & sine
 voluntate patris nostri in caelis
 nihil nobis fieri vel immitti, false
 deridebat quorundam predictio-
 nes: Quin potius, inquit, fiat mi-
 hi secundum voluntatem tuam
 Domine. Cum quidam ex astris
 filium Alexandrum μακρόβιον fa-
 ceret, & postea in ipsa morbi se-
 nitia, qua μακρόβιος extinctus est,
 idē constanter affirmaret, Quam
 istud, inquit, vellem, & est apud
 Deum nihil non possibile. Sed a-
 stris tantam tribuere potentiam,
 est creaturam conseruam suam
 super creatorem statuere, stoma-
 chiosiusq; in eum inuectā sine gra-
 tia

ORATIO.

tia dimisit. Caterum quæ à ma-
 tre opt. proficisci possent, cumula-
 tissimè fecit omnia, de quibus suo
 loco. Eandem σοφῶν ἀγαπῶν matri,
 fratribus sororibus & reliquis
 cognatis indulgentissimo amore
 probavit, quibus si quando, quod
 sæpè factu opus erat, grata obse-
 quia officiaq; plus quam amica
 prestare pace & bello posset, De-
 um immortalem, quàm parata
 se offerebant ex intimis cordis
 visceribus studia, & ostendunt
 eandem ἐμφατικώτερον itinera illa pe-
 riculosa & difficilia terra mariq;
 max. sumptibus suscepta.

Qui illius fuerit amor, quæ
 reverentia erga ministerium ab

F 4 alijs

O R A T I O.

alijs potius, quàm à me dici ma-
 lo. Experta erat usu, non unum
 esse prophetarum genus, non u-
 num doctorum omnium institu-
 tum. Hammonios igitur istos qui
 cum Timotheo Constantinopoli-
 no in gratiam omnia dicunt &
 faciunt, de quo Nicephorus me-
 morat, cum huc illuc instar Eu-
 ripi per animi aestum fluctuatum
 Synodo Chalcedonensi nunc Ana-
 thema dixisse, mox verò magno-
 pere commendasse, ex animo ode-
 rat. Et verè genus hominum odio
 dignissimum, quod nihil hodiè a-
 liud est, quàm quod Bacho, Sile-
 nus, Hercopes, aut Iovi Vulca-
 nus erat. Illos autem quos τοῦς θεῶς

δία.

ORATIO.

Si anōs cognouerat, probatosq; a-
 liqua, ut Esaias loquitur, vexa-
 tione, qua dat intellectum, habe-
 bat, etsi solebant, Auriculas te-
 neras mordaci radere vero, &
 pro loco oportune & importune
 increpabant, benignius fouebat
 & honorabat, longè melior Pa-
 rysate illa qua verbis byssinis uti
 volebat: longè felicius seculum
 nostrum, quàm Valentini illud
 Imp. quod nec vitia sua, nec re-
 media ferre potuit, & si quan-
 do Holofernis aut Pharaonis
 mentio fieret pro concione, mox
 in Regem ipsum dictum accipie-
 batur, & periculum presentissi-
 mum erat creatum.

F 5

Laus-

ORATIO.

Laudem præterea summam affectio illa materna & clementissima in viduas & pupillos ministrorum verbi meretur, quos omnibus modis prospiciendo ^{τοῖς ἰκαιοῖς} iuuabat, ut sæpe etiam ad honesta officia & loca transferret. Talem meminerat Dorotheam matrem carissimam, cuius vestigijs tenaciter inharebat, ad eò à teneris assuescere multum est. Et testantur aliàs tot scriptorum dedicationes nuncupationesq; de singulari eius in ministerium verbi pietate. Talem quoq; beneficentiam in pauperis sortis homines exercuit, quos minime ^{ἀπερὸν} patienter admisit, ut quæ hominem quoq;

ORATIO.

quoque se non nesciret, Et à Christo
 qui Et ipse pauper in terris fuis-
 set, iudicandam, apud quem ne-
 quaquam esset προσωποληψία. Si quis
 caelum ipsum attingeret, aut pede
 non esset altior uno, qualem tem-
 pore Hieronymi Cardani Italia
 vidit iusta etate non maiorem cu-
 bito in cauea Psyttaci circumfer-
 ri eiusdem esse respectus. Lauda-
 tur à Theodoro Placilla lib. 5.
 cap. 18. propter hanc in miseros
 inopesque liberalitatem: Augusta
 studium istud si non superavit, o-
 mnino exaequavit, Augustoque cur-
 renti non frenum, ut Tiberio
 Imp. uxor, sed calcar addidit, ut
 pauperum res sibi commendatas
 com-

ORATIO.

commendatiores in posterum haberet. Quamobrem benedictione Dei fortunante non Narsētis thesauros, sed opes infinitæ in fortuna stupenda cum principe opulentissimo acquisiuit. Reliquos verò subditos amauit semper, Et cum tanquam ex Acto Corintho aut Taygeto illorū oculis cogitationiq; fortunam subijceret, bona quidem plurimum est letata, malam autem beneficio subleuauit, illos resq; illorum diligenter principi commendans. In vita autem nihil peius oderat, quàm turpitudines χαμαίβηλα Et mendacia, à teneris annis veritatis pulcritudine deletata. Et nos quidem Augusto Domi-

ORATIO.

Domino nostro clementissimo pre-
camur, ne cum Augusto Imp. ne-
cesse habeat conqueri, deesse, qui
vera ex animo illi loquantur.
Neminem in ista felicitate &
fastigio despiciebat, & quo ad
vixit amicitias frequentes cum
Germania principibus matro-
nis, in primis, quæ familia erant
Brandenburgicæ, sed maximè
cum Sabina Illustrissimi Electoris
Brand. JOHANNIS GEOR-
GII, nunquam satis laudata con-
iuge, colebat. Reliquas omnes
benignè complexa, ut aula tan-
ta nihil haberet illa placidius &
humanius, ut verum sit, Quo quis
sit maior eo se submissius gerat.
Non

ORATIO.

Non dico de humillima sortis hominibus, qui necessitati sæpè debent, quod faciunt, & in humilitatis laude non sunt ponendi. Nullus otiosus vestium luxus, aut nitor acquisitus suberat, qui si Gregorio credimus, absq; peccato esse non potest. Cor erat mundū & simplex, talis quoq; cibus & potus, talis deniq; vestitus, cum interim abiectissima sæpè sortis homines nihil non hic sibi licenter sumāt. Sed quo pertinet usitata & quasi inveterata ista vestium luxuries. Memini Georgium Fabricium Chemnicensem dicere, comitisfam Turingia trecentas simul tunicas pretiosas soli aeriq; exposuisse.

ORATIO.

isse. Et cum frugalitatem in omnibus magnificeret, fruga em quoq; ἀσωτία sede sua eiecta aulam fecit, ita tamen ut ad magnificentiam nihil deesset. Et ut breuiter me expediam, Genus in ea cum forma, forma cum impietate, quæ cū mansuetudine & continentia, hæc tandē cum beneficentia & veritate certabant, ut nescires quam in ea potissimum virtutem admirareris. Quæ enim singularia erant in laudatissimis, hic quasi ἐν τῷ κύλῳ & speculo uniuersa se offerebant.

Tale autem ut esset nobis virtutū παράδειγμα versabatur in crebra bibliorum lectione, ex Psalmo

mo

ORATIO.

mo 119. peccata: Inclina Domine aurem ad verbum tuum, & non ad auaritiam, fac ut sit lucerna pedibus meis. Conciones attentè etiam in afflictà valetudine audiebat, ut exactam sibi veritatis Evangelicæ cognitionem compararet. Hanc enim qui ignorat, Deum ipsum ignorare non est dubium, ut Constantinus in literis ad Synodum Tyri rectè sentit. Hic fortassis mihi tacitè obijcitur, an nihil humani passa est, quam diuinam propemodum facis. Si qui sunt tales, quibus hæc in mentem veniunt, illi consilium meum non satis perspexerunt. Ego de donis ornamentisque Augu-
ste

ORATIO.

Ita dicere volui, utinam conatus
 mei illis correspondissent. Interim
 sine vicijs hominem nasci & vi-
 vere mihi sit religio dicere, quæ
 tamē curiosè perscrutanda mini-
 mē mihi sumo, ut Petrus Can-
 didus Decemher in vita Philippi
 Vicecomitis Mediolani lauda-
 tissimi, in quo Suetonium lepidè
 imitari voluit, quamobrem me-
 risò vituperatur, quòd tanti ho-
 minis vicia cupidè nimis mali-
 gneq; detexerit. Absit hoc à no-
 stris quas colimus Musis, qui ab-
 sentibus & defunctis honorē ha-
 bere in εὐφημία recepta didicimus.
 Immo ipsa per omnem vitam,
 tum verò maximè in extremo vi-

ORATIO.

ta actu omnes infirmitates, quas
passa esset, serio deploravit, venia
à DEO in vera fide petita.

Decurso itaq; vite spacio,
cum tandem fatis urgentibus de-
cumbere cepisset, morbo quidem
initio non graui, sed paulatim
per incrementa vires assumente.
Esi medicis cupidius, quàm alio-
quin eius ferebat consuetudo, ob-
temperaret, in ijs tamen, quæ ad
animæ salutem requirerentur,
querendo arcam Nohe, ut æ-
ternam mortem effugeret, mul-
tum sollicita primùm & maxi-
mè procurata est, & petijt à DEO,
ut in hac vita potius quàm in
altera daret pœnitentiam, illic
autem

ORATIO.

autem indulgentiam, parata portare iram Domini, qui quidem onus illi imponeret, sed tamen salus esset nostra.

Tandem exhaustis attenuatisq; viribus cum spes vite superesset parua, de extrema voluntate cum suis, quorum intererat & quos euocauerat, collocuta, commendata illustrissimo coniugi Ecclesie liberorumq; cura diligentissime, cum prius à tristitia auocare animum illius, doloremq; eximere conata esset, liberosq; qui aderant, illarum virtutum, in quibus salus hominum & reipub. tranquillitas sita est, admonuisset piissime, datis
G 2 alijs

ORATIO.

alijs certis quibusdam mandatis
δωρον αθεϊα extrema illis benedicens,
porrecta manu ultimum valedi-
xit, multis quidem cum lacrimis
& dolore immenso, spe tamen re-
surrectionis & restitutionis se ip-
sam erigente & confirmante. Ex
eo tempore indesinenter precatio-
nibus vacans totam se cogitationi
& desiderio rerum caelestium de-
dit, in summa patientia & silen-
tio Dominum expectans, mul-
taq; secum reputans. Interim
cum interrogaretur an tentatio-
nes quoq; haberet, Turbor quidem
inquit, sed non perturbabor, quia
vulnerum Domini recordor, &
in eum confido, qui dixit, confidi-
te,

ORATIO.

te, Ego vici mundum, ubi Ego &
 vos eritis, Iterum venio & acci-
 piam vos ad me ipsum. Tandem
 ἀγῶναι extremum adesse presenti-
 ens, postquam de remissione pec-
 catorum fideq; sua, & vita ater-
 na, edita confessione pijsima,
 locuta esset, iterata aliquoties hac
 voce, In manus tuas Domine cō-
 mendo Spiritum meum, qui me
 redemisti, in inuocatione filij Dei
 absq; maiore aliquo cruciatu, qui
 quidem animaduerti poterat, re-
 cta ad cœlestem vitam æternamq;
 regnum circa horam vespertinā
 octauam Calendis Octobrib. anno
 ætatis LI felicissimè perrexit, cū
 paulò antè turbines ventorum

ORATIO.

tanti exorti essent, ut multa con-
 uulserint aedificia, robora quoque
 arborum proceras admiraculum
 usque prostrauerint, & contorta
 & quasi medium incisa frege-
 rint. Quod ut absentibus ominoso-
 sum erat, qui quid fieret ignora-
 bant, ita reliquis metum incutie-
 bat, curamque iniiciebat calamita-
 tum, quae est vestigio cito pede pijs-
 simum hominum obitum comi-
 tari solent, quarum imaginem
 Deus per turbinum istorum vio-
 lentiam ob oculos ponere voluit,
 cuius Dextra mutare omnia po-
 test. Exiuit tandem in tristi qui-
 dem & luctuosa, sed amplissima
 pompa Fribergam honorificentis-
 sime

ORATIO.

simè, deducenibus proceribus
 universi Imperij Saxonici, Fri-
 bergam Hermundurorum de-
 late, & apud filiorum filiarumq;
 monumenta in cubiculum suum
 usq; ad diem extremum cum o-
 mnium gemitu & luctu deposita.
 Sed proh Deum immortalem qua-
 lis hic se materia offerret, si que-
 relis indulgere in immensum cre-
 scens oratio pateretur. Amisit
 illustrissimus Princeps Elector
 AVGVSTVS fidelissimam & sa-
 pientissimam imperij toriq; in
 bonis malisq; sociam, pietate, εὐλο-
 γοςγία, πολυτεκνία καὶ εὐτεκνία, obsequio,
 paratissimo studio, suavitate mo-
 rum sibi iucundissimam, in qua
 G 4 acqui-

ORATIO.

acquiescere totus poterat: Ami-
 sit inclitus Princeps CHRISTI-
 ANVS matrem carissimam, sine
 qua vitam sibi acerbam putabat:
 Ecclesia, respub. scholæ suum de-
 cus & presidium sibi ereptum sol-
 licito animo dolenter requirunt:
 pauperes inopesq; quod unum re-
 stabat solatium sibi ademptum in
 agris & plateis eivlanter conque-
 runtur. Vicini Reges & Princi-
 pes multo ob eam dolore afficiun-
 tur: Nos quoq; hac Domina be-
 nignissima destituti nescimus,
 quibus curis & molestijs iterum
 implicabimur. Sed singularem
 hac sibi orationem deposcunt. Illa
 ut vixit sanctè, ita feliciter ex
 hac

ORATIO.

hac vita abiit, vel potius erga stu-
 lo, defuncta omnibus curis, supe-
 ratis cunctis malis, collecta ad
 patres in pace, ne viderent ocu-
 li omnia ista, quæ inducturus
 est Dominus super locum istum,
 conclusa in manu DEI, ne tor-
 mentiũ tãgat, vivitq; verè anima-
 la illa castissima ἐν δεσμῷ τῆς ζωῆς πα-
 ρᾶ κυρίου τοῦ θεοῦ, in complexu filij Dei,
 in ea leticia & gloria, ut si totus
 mundus offerretur, ad nos ad
 hanc arumnosam vitam, quæ
 tamen verè ἀβιώτη est, redire mal-
 let. Non enim cœlum est res du-
 bia pijs, sicut Fortunata insula,
 quæ an veteres sint omnes, an in-
 terea enata in ea vastitate maris

G 5 nesci-

ORATIO.

nescitur: nec profecto est Quin-
sai urbs, quæ 25. milliaria Ger-
 manica secundū longitudinē con-
 tinet, quam cœlestem hodie, &
 propter incredibilem omnium vo-
 luptatum affluentiam Paradi-
 sum nominant: sed solium maie-
 statis diuina, locus splendoris, ab-
 undantis infinite, suauitatis, pa-
 cis, admirationis, &c. ubi nullæ
 sunt Demonum insidiae & im-
 proborum machinationes, nullæ
 amaritudines & tentationes, nul-
 lus stimulus carnis aduersus Spi-
 ritum, ubi non est ira Dei metu-
 enda, terrores inferni sustinen-
 di, aut tandem mors omnium
 terribilium terribilissima expa-
 nescent-

ORATIO

vescenda. Nec illic, ut miser Cer-
 cidas seipsum consolabatur, se in
 omniscienti rum genere doctissi-
 mos, ex Philosophis Pythagoram,
 ex Musicis Olympum, ex histo-
 ricis Hecataem mox visurum,
 hos vel alios impios contempla-
 tur: sed DEVM ipsum, qui sit
 an non sit principium est Pro-
 tagora, non nostrae Theologiae, san-
 ctos itidem Angelos & omnes
 selectos, & inter hos sibi carissi-
 mos, Christianum Patrem, ma-
 trem Dorotheam, filios, Ale-
 xandrum & reliquos cum ami-
 cis, in quorum complexum iam
 ex complexu Augusti principis
 deuenit. Nec intuetur illos, sicut
 Aneas

ORATIO.

Aeneas apud Vergilium suos in
 Cuma spelunca, aut sicut illa, de
 quibus Plinius, in Africa solitu-
 dine hominum species conspici-
 untur, quae subinde obuia illo mo-
 mento evanescent, sed verè suos
 agnoscit, qui pelle sua in die resti-
 tutionis omnium rerum circum-
 dabuntur in immortalis gloria
 constitui. Jam demùm videt ve-
 ra esse, quae de $\mu\iota\theta\omicron\delta\omicron\sigma\iota\alpha$ omnibus
 pijs preparata a filio DEI dicta
 sunt, quod ibi sit $\kappa\alpha\tau\alpha\ \tau\omicron\upsilon\ \sigma\epsilon\gamma\eta\sigma\iota\upsilon\ \eta\gamma\ \epsilon\epsilon\iota\mu$
 a sententia omnis mali & praesentia
 omnis boni, Sabbathum ex Sabba-
 tho, festiuitas sine fine, aeternitas
 sine labe, serenitas sine nube, eaq;
 praemia quae non possunt mensu-
 rari

ORATIO.

rari, terminari, aut estimari, &
audiuntur τὰ ἀρρητά, & demum
ea est leticia, quae auris non audi-
uit, nulla lingua eloqui aut mens
ulla concipere potest. His in
ANNA AVGVSTA Domina,
dum in vivis eras, clementissi-
ma fruerere in secura & summa
felicitate. Nos dies lacrimosa te-
net, & ex una calamitate in ali-
am vocamur, eaq; expectamus
tempora, in quibus erit tribula-
tio, qualis non fuit ex quo gentes
esse ceperunt. Ego pro clemen-
tissimis tuis in me beneficijs, pie-
tatis & gratitudinis ergo, hanc
tibi pura mente iustificatiorem,
in spem gloriosa resurrectionis,
exhi-

ORATIO.

exhibere volui, non quod tibi sit
adiumentum, aut necessarium,
sed nobis quaecumque solacium.

Restat nunc, ut, quod cupimus,
tuo quoque exemplo ἀναλύειρ, &
tecum & cum Christo nostro esse
possimus, ad hanc migrationem
nos preparemus. Quam adiu-

uet & instruat ipse, qui dixit, ve-

niam iterum, & recipiam

vos ad me. Qui sit bene-

dictus in omne

seculum.

D I X I.

EPITAPHIUM
SERENISSIMÆ ET IN-
CLITÆ PRINCIPIS ANNAE
AVGVSTÆ, natæ Reginae Daniæ, Illustrissimi &
potentissimi Principis AVGVSTI, Ducis Sa-
xonie, Sacri Romani Imperij Archimarscalli &
Electoris, Landgrauij Turingiæ, Marchionis
Misniæ, & Magdeburgici Burggrauij &c.
coniugis carissimæ & desideratiss.

D. O. M. S.


A N N A vocor, patre Rege fui prognata sub Arcton,
Hic ubi Cimbrorum gloria magna manet.
AVGVSTI coniunx gladijs qui territat Albim,
Et lata Mysos sub ditione premit.
Me coluit Pietas, eiuq; pedissequa virtus,
Et Lucina suum rettulit esse decus.
Florida me patriæ matrem respública dixit,
Pignora ter matrem quinq; vocare tori.
Lustra decem vix vnumq; annum fecerat ætas,
Cum me sub tumulum mors properata vocat.
Nunc ago cum CHRISTO dio splendore resurgens;
Quanta per hanc aulam sunt bona parta pijs.
Disce meo exemplo tumulum quicumq; reuisis
Viuere, post mortem sic quoq; vita manet.

Obijt anno ætatis S LI. Salutis
nostræ M. D. LXXV.
Calend. Octo. hora VIII. vespertina;

EDICTA P H I V M
SERENISSIME ET IN
CIVITATE PRINCIPIS ANNAE
AVGUSTAE REVERENDISSIMO
DIGNISSIMO PRINCIPIS AVGUSTAE
REVERENDISSIMO ARCHIEPISCOPO
ELECTORI, Landgravi, Turingie, Marchionis
Milite & Margravici Burgundie &c.
coningis carissimi & dilectissimi.

D O M I N U S
I N N O C E N T I U S
Hic ubi Christi nomine gloria magna manet
AVGUSTI CONINGIS AVGUSTI PRINCIPIS
ELECTORIS REVERENDISSIMO
Me colat pietas, cuius est effectus virtus
Et laudibus famam tenet esse deum
Ergo deus patre matrem respicit deum
Dignetur et illius quing vocare totum
Lapsa decem sex annorum cursum fecerit
Christi sub imperio nos propriis vocat
Quosque in Christo unum sunt deum
Ergo deus patre matrem respicit deum
Dignetur et illius quing vocare totum
Lapsa decem sex annorum cursum fecerit
Christi sub imperio nos propriis vocat
Quosque in Christo unum sunt deum

ANNO M D C L X V
CIVITATE PRINCIPIS ANNAE



976 1846

f


ULB Halle 3
004 786 05X




Sb 1

MP







^{XII.}
ORATIO
DE VITA ET

OBITU ILLUSTRISSIMÆ,
ET SERENISSIMÆ DOMINÆ,
ANNÆ, natæ REGINÆ DANIÆ, Potenti-
tissimi Principis AVGVSTI Ducis Saxoniz Ele-
ctoris &c. Burggrauij Magdeburgici &c. CON-
IUGIS, quæ obiit Anno Christi
M. D. LXXXV. Ca-
lend. Octob.

NICOLAŌ LEVTINGERO
Auctore.



Psalmo XC.
*Doce nos Domine, vt sciamus numerum dierum no-
strorum, & ambulemus corde sapienti.*

Psal. IIII.
*In pace simul cubo & dormio, Quoniam tu Domi-
ne solus in spe constituisti me.*

WITTEBERGÆ ^{12.}
Excudebat Matthæus VVelack.
ANNO M. D. LXXXVI.